Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bz tueant auxilijs. P.
Deus Dom. iiij.
qui fidelium mentes unius efficis
uoluntatis. da populis
tuis id amare quod precipis: id desiderare quod
promittis. ut inter mundanas uarietates. ubi
uera fixa sint corda. ubi
uera sunt gaudia. P. Sec.
Deus qui nos per huius
sacrificij ueneranda commercia. unius summeque
diuinitatis participes
esse fecisti. prestra quesumus: ut si
cut tuam cognoscimus
ueritatem. sic eam dignis
moribus assequamur.
Ad esto domine deus noster. Compl.
ut per hec que fideliter
sumpsimus. et purgemur
a uicijs: et a periculis omni
bus exuamur. P. Do.
Deus a quo uera
bona cuncta procedunt. largire suppli
cibus tuis: ut cogite
mus te inspirante
que recta sunt. et te
gubernante eadem faci
amus. Per. Sec.
Suscipe domine fidelium
preces cum oblacioni
bus hostiarum. ut per hec
pie deuocionis officia
ad celestem gloriam tran
seamus. P. Compl.
Tribue nobis domine ce
lestis mense uirtute
saciari: et desiderare
que recta sunt et deside
rata percipere. Per.
Tyburcij. et Valeriani.
Prestra quesumus domine deus:
ut qui sanctorum
tuorum Tyburcij et Valeriani. et Ma
ximi sollicia colimus:
eorum eciam uirtutes
imitemur. P. Sec.
Hostia hec domine quesumus